



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 22. Non quod intrat per os &c. Ex corde egreditur quod inquinat, est enim propria peccati causa sine quo nec diabolus eßet, nec concupiscentia peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

VII.  
Phari-  
sæorum  
traditio-  
nes um-  
bra sunt  
hederæ.  
*Iona c. 4. 7*

VIII.  
Christus  
vermis  
hederam  
rodens.  
*Tract. 5.  
m. cii.  
Eccl. cap.  
10. 19.*

radicem corroderet sub cuius umbra Ionas quiescebat. qui unico morsu illam perdidit, sic exauerit, sole super caput Ionæ aestuante: *Parauit Deus vermem, ascensu diuiculi in crassimum, & percussit hederam & exaruit.* O quam umbrosæ Phariseorum traditiones! Illis se contegunt: & suas obumbrant avaritiâ, inuidiâ, proditiis. Vermis oritur diuinus, rore conceptus purissimæ virginis Mariæ sanguine compositus, opera caloris solis Spiritus S. Vide qualem radicem morsum dentemque insigat, ostendens illas diuinæ legi repugnare traditiones, quo Phariseorum Scilicet arumque detecta fuit peruersitas. Hanc & illas adest et adicaturus traditiones, vt omnino exarescant, de quibus aliâs fufus. Et huic materiæ congrue illud Spiritus S. *Radices gentium superbarum arfecit Deus &c. semen hominum non erabitur, hoc quod timet Deum, semen autem hoc ex honorabitur, quod praterit mandata Domini.* Leges attende, traditiones, mores, consuetudines quæ seminantur, num Dei honorem spectent, num ad strictiorem diuinæ legis tendant obseruantiam: quia tales quæ procedunt velut de radice, ex humilitate & obedientia superiorum, securæ sunt obseruari: liberet te Deus ab illis, quas ambitiosa seminat superbia, cæca statuit avaritia: etenim illæ, velut plantæ quas Pater celestis mittit plantauit, cum suis funditus sunt eradicandæ conditoribus.

§. 22. Non quod intrat per os &c. *Ex corâ de egreditur quod inquinat, est enim propria peccati causa. sicut quo nec diabolus est, nec concupiscentia peccatum.*

66  
*Ionit. c. 11*  
47

**H**is dictis Salua or non quiescit sed data occasione erudit nos, prælegitque primariam totius moralis Theologiæ questionem; vnde oritur peccatum, & quid sit peccatum, & quid non sit: quod dicatur opus bonum, quodue reprobum. Et agit charissimi (loquitur Christus turbæ præsentis: ) *Quod intrat per os, hominem non conquinat: quod verò ore egreditur, hoc conquinat hominem.* Questio nodosa, Primò: videtur etenim contraria illi quod lege sua præceperat, quosdam licere carnes comedere, nec tamen his inquinari, quia mundæ censentur: alias vero nequaquam: quia immundæ habebantur. Vnde sic illum audio præcipientem: *Separata mundum ab immundo: hæc inter immunda reputabitur, Charogrillus, lepus, sus, horum carnis non vescemini.* Hunc locum ad-

ducebant Manichæi ( vt refert D. Augustinus ) *Li. c. xviii.* quo probarent, Deum veteris testamenti, non Adinæ esse eundem, qui noui testamenti: noui nam- tum, que nos docet: *Non quod intrat per os, conquinat Manich, hominem: veteris autem omnino contrarium c. 17.* adstruit.

Secundò: nodum habet difficilem, si verba vt sonant intelligantur: & opinatur D. Augustinus *Li. c. xviii.* esse fumenda. D. Petrus caterique Apostoli *ca. 11. 16. 17.* ad sensum metaphoricum & parabolicum deriuarunt: censabant enim sic nudè sumpta dispositioni diuinæ fore contraria, quæ Deus cibis quosdam vt mundos alios vt immundos esse determinat. Vnde omnium nomine urgebat Petrus: *Domine, ediffere nobis parabolam istam.* Et hoc modo pariter intendebat Adimantus Hæreticus illa declarare, vt refert D. Aug. Atiamen aperit factis hoc Christus explicauit, quod non metaphorice, sed in proprio sensu loqueretur, cū pateat, quod Apostolos reprehensurus, quia illa non vt sonabant, intelligebant, illis dixerit: *Adhuc & vos sine intellectu estis?* Et illa in sensu proprio declarabat, dicens: *Non intelligitis, quia quod intrat per os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur, &c.*

His concessis: & verbis proprio sensu sumptis Protagoræ sophisma videtur, quod à D. Augustinus eleganti stylo & ingenio soluitur. *O Domine caelorum, si hominem non conquinat, quod intrat per os, sed quod ex ore procedit, comedendo ergo quid immundum, immundus non ero, idem verò cruciando immundus esse censetur: etenim ille d intrat per os, & hoc de ore egreditur, imò contrarium esse debere sapiens dixerit. Si tantum illud quod per os egreditur, hominem conquinat, quando iterum de- glutio, quod de stomacho ad os proficiet, non habebor immundus eiciens vero, talis esse perhibebor? imò videbitur oppositum. Plura. Domine, sanctam euertere videris velle quadragesimam, & Ecclesia ieiunia, insuper & omnes de abstinentia constitutiones, sicut res ipsa his sibi præualeat hæretici, vt dicant naxias esse, ea obseruare, quæ nobis ab Ecclesia seruanda præcipiuntur, vt certis temporibus, aut diebus non vesci carnis, ouis, lacte, non nisi semel in die sumere refractionem. Nonne vides ( inquit ) nobis à prima veritate declarari, id quod intrat per os, non conquinat hominem?*

Licet ita sit, quod verba hæc nodum immo- luant Gordianum diuina tamen sunt, & sunt mæ totius continent Theologiæ moralis, &c. *Eccl. c. 11.*

enim nobis luce meridiana clarius principium, & originem mali ac peccati, nimirum cor nostrum. Ad perpendicularum hic cadit illud D. Petri Chrysolegi: *Quod curiositas humana, quod sapientia mundana querens & aliu querens, non potuit inuenire, hoc scire & nescire, facile presertim lea divina, unde malum, unde culpa vitiorum, vis unde, unde criminum furor &c.* Turbantur inquieti Manichæi; (teste D. August.) semper inquirentes: unde malum? quod eius principii? Non illud inuenientes desiliunt de bone ad asinum, ut est proverbium, duos statunt Deos, bonum unum, bonorum omnium principium, malum alterum, malorum causam omnium. Alij hæretici principium & malorum nostrum causam in ipsum Deum reijcebant, impia blasphemia, sicut & nostra tempestate quidam alij, quocirca necellarium fuit ut ipse D. Basilus hanc sibi causam attabere, & tractatum ederet singularem, probans Deum non esse malorum originem. Num scire desideras, principium radicemque mali, & quid te coinquinet? *Quod procedit de ore, hoc coinquinat hominem.* Hoc est (interpretatur D. Augustinus) non illud quod procedit de ore corporis, sed animæ, nempe de corde tuo, de tua voluntate. Ita ut malum tuum ex te ipso oriatur, dicit D. Petrus Chrysol. nec potest te quisquam, nisi tu ipse coinquinet, aut adferre nocementum. Sic subtiliter hoc probat D. Chrysolomus illo tractatu cui titulus præscribitur: *Nemo leditur nisi à seipso.* De te ipso procedit, qui tibi nocet, de monte progreditur, qui montem ascendit; Hoc quoque intelligas oportet, nullum esse malum, quod tibi noceat, nisi illud quod de ipso tuo corde progreditur, nasciturque voluntate.


Hinc argumentum traxit Divus Hieronymus argumentum Ruslini convincendi, viri suo tempore famosissimi, qui propriam peccati causam esse diabolum asserbat: & hæc hominum est communis imaginatio, qui ut se suis in peccatis excusent, illa diabolo adscribunt, illi maledicentes, quod ipso in peccatum impulerit. De litteris d. Rufini replicat D. Hieronymus: etenim dilucide noster nobis demonstrat Magister, propriam peccati causam cor esse, dum ait: *De corde exeunt cogitationes mala, furta, adulteria, homicidia &c. hæc sunt, que coinquinant hominem.* Non enim diabolum nostrum principium peccatorum, sed cor nostrum: *Et rursum de Iuda in Evangelio legimus, post bucellam introiit in eum Satanas, quia ante bucellam sponte peccaverat, & nec humilitate, nec clementia Salvatoris flexus est*

ad penitentiam. Attamen quid verbis illis innuit Evangelista: *Introiit*: quod intus satanas non esset in corde Iudæ, sed liberum habebat ille cor, ille enim fuit, qui malum voluit, licet postmodum videatur diabolus amplius fumpfisse dominium, sicut iam vicinior instabat, movebatque vehementius. Porro significat, quod qui primum Iudam sollicitavit ad Christi venditionem, ipse non fuit diabolus, sed propria sua & spontanea avaritia, qua portam aperuit diabolo, qua libere subintraret illum ad tam grave delictum in Salvatorem ardentius instigatus.

Et hoc ita verum esse credimus, quod nisi cor tuum concurret, liberum præbens consentium, nullum erit, in eo quod agis, delictum, quantumcumque malum esse videatur, & tantum in illo peccatu erit, quantum cordis tui consentus accesserit. Hoc tibi aperte satis exposuit (inquit) sapiens ille peccator Publicanus, qui coram Deo peccata sua, non dæmoni attribuit sed suo ipsius cordi, quocirca & illud pugno tundeat: *Percutebat pectus suam, quasi se ipsum cogitationum pestimanum & conscientia delictorum non audebat atollere.* Primo: principium iudicabat malorum suorum, nempe proprium cor, unde pectus feriens, pugnisque lacerans, cor impugnabat, ut eorum propriam scelerum radicem, ideoque tanto perfunderetur rubore, ut nec oculos in caelum atollere præsumeret: *Non audebat oculos ad caelum levare.*

Secundo: hac percipiendi actione iudicat quod quia clare cognoscebat, quod ille ipse erat qui deliquerat, idcirco verecundaretur, quasi qui in seipso humiliter tantorum causam criminum esse fatebatur. Notat D. Basil. de Pharaonis interitu, quod de eodem agens Apostolus dicat: *Sustinuit in multa patientia, vasa iræ apta in interitum.* Quis interitus Pharaonis occasio, causaque damnationis? Deus? Nequaquam (inquit D. Basil.) Nam de eo dicit Apostolus: *vasa iræ apta in perditionem, ostendit facturam, eius mala non fuisse, sed ubicumque audieris vasa, intellige, quod nostrum quilibet in aliquem factus est osium.* Omnes nos vasa composuit gloria capacia quomodo igitur quis damnatur? quia seipsum vas iræ perrexit. Vas fecit Deus, iram qua se preparat, vel quod se ira reddit dignum non hoc fecit Deus. Ipse se vas iræ composuit: etenim peccatum Deus execratur, peccatum autem ipse fecit: *ira est, qui omne in se diaboli operationem quasi vasa quoddam suscepit.* Ille se vas aptu reddit in perditione: quia in illo ipso velut in propria radice

II. Non diabolus sed Iudas causa peccati. III. Publicanus sibi crimini cui præ adscribebat. DIVVS HIER. Luc. 18. 13. Rom. 9. 22. Ho. 17. Pppp 2 tota 30



31 toto erat omnium suorum causa peccatorum,  
32 quibus se vas reddidit aptum irae in perditionem. Eiusdem occasione alia quoque perpendit  
D. Basilius S. loca Scripturae.

De eadem materia quaestionem integram  
cum quatuor articulis proponit Doctor noster  
Angelicus in qua illa omnia profunda S.  
2. 2. q. 80. Theologia comprehendit mysteria, quae in hac  
materia tractanda occurrunt, doctrinam atque  
sententias expendens D. Dionysij, D. Hieron. D.  
Augustini, D. Greg. D. Isidori & c. Probat autem,  
qua ratio e si cor tuum sit in bono constans,  
nec velis consentire peccato, nullum in te sit  
peccatum, omnis in te licet insurgat potentia  
diaboli. Dignus ille fuit calamo D. August. tractatus  
quo hoc declarat ex eisdem illa Davidis  
P/118. 5. verbis: *Non enim qui operantur iniquitatem in  
vijs eius ambulauerunt.* Non leuis sunt haec verba  
negotij (ait Augustinus) vt autem haec tibi pateat,  
cum Apostolo colloquamur: *Dix nobis, & au-  
le beatissime vrum deambulaueris in vijs Domi-  
ni, cum in carne hac viueres?* Respondet nobis  
quod sit: *Quandiu sumus in corpore, &c. per fidem  
ambulamus.* Vides hic, quod per fidem ambulando,  
per Dei vias ambularet: *Non certior via Domini  
quam fides, &c.* Vterius, alio loco dicit: *Qua  
reito sunt obliuiscens, &c. sequor ad brauium superna  
uocationis.* Vide nunc Dei vias ambularet, qui  
per illas currebat, ea enim de causa dicebat: *Bonum  
certamen certavi, cursum consummaui.* Per vias  
ergo Domini ambulabat. Ipsum igitur in-  
terrogamus an tum iniquitatem seu malitiam  
operaretur & nobis responderet quod sic, aperte  
namque protestatur: *Non quod volo bonum, nec  
facio, sed quod nolo malum, hoc ago.* Subsiste Dei  
Apostole, quomodo vias Dñi perambulasti, si  
malum operaberis, cum vates asserat regius: *Non  
autem qui operantur iniquitatem, in vijs eius  
ambulauerunt?* Audite (ait) responsum, quod ipsdem  
verbis comprehendit: *Quod nolo malum hoc ago:*

IV.  
Motus  
inordina-  
ti sine  
consensu  
non sunt  
peccati.

2. Cor. 1. 5.  
D. Aug.  
In p. 118.  
Con. 2.  
9. Tom. 8.  
Philip. 1. 3.  
13.

Rom. 7.  
19.

quod verum est nec disiteor, multis agitur motibus  
incompositis: inhoneste me turbant cogitationes  
& imaginationibus molestor inordinatis:  
attamen illas rejicio, illisque non consentio. Quocirca,  
nec ego illas facio, sed ipsas mala suscitatur  
concupiscentia, quae est in carne mea, quae idecirco  
peccatum esse nominatur: eo quod incitet  
moueaturque ad peccatum: *Tam non ego operor illud,  
sed quod habitat in me peccatum.* Ego malum  
hoc ago, in quantum ex parte carnis, ego ille  
sum, qui tales habeo cogitationes, motusque lasciuos  
furentes, iracundos & perditionis imaginationes:  
at ego illas non operor, in quantum, ex

parte qua libera fruor cordis voluntate motus  
reprimo cogitationes repello, scelus abdominis,  
tacetque me talibus molestari: *Quod nolo malum.*  
Et si cor minime consentiat, nullum est  
peccatum, nulla timenda culpa, nulla poena, quinimo  
corona praemiumque sperandum, eo gloriosus,  
quo cordis voluntas inordinatis libere  
motibus relinquitur animosus.

Hoc notabis (inquit Diuus Cyrillus) voluisse  
Deum monere, illo, quod agendum disposuit si  
quando bos corrupta, aut laederet, occideretur  
quempiam. Num Domine, bouis Dominus est  
culpa reus? Examinetur negotium, inquit  
Domini, si ipse consentiret, aut voluerit vt bos  
egrederetur, vel nullam eius, dum egrederetur  
curam gesserit, vel si quantum potuerit, obli-  
terit ne egrederetur. Si bouis egressus consen-  
serit, nec ea qua tenebatur, cura adhibuerit, vt  
edeteret, noxae subiacebit, & omne, damnum  
quod taurus corrupta intulerit, in integrum restituet.  
Veruntamen quod si toto cor aut tenuis  
fuerit, nec ultra quid facere poterit, vt  
bouis egressum impediret, & ille nihilominus  
existerit, nulli subiacebit poena, cum nulli culpa  
obnoxius esse censetur. Quando in te taurus  
exierit corrupta, peruersus quidam iracundia,  
vindicta, cupiditas, lasciuiaeque motus, te-  
tende, num cor tuum consentiret, quod Dominus  
est, cui competeret illum refragante ligamurque  
coercere. Si nullus accedat voluntatis consensu-  
sus, sed toto resistas conamine, te poenitet,  
quod egrediatur illum detinere laboras reuincis,  
discis: Inis poenitentis, estque voluntas constans  
stabilis, & in bono confirmata, nihil timen-  
dum, cum nulla sit culpa: quia eius principium  
non est cor liberaeque voluntatis arbitrium. Ex  
haec sententia declarat Doctor Angelicus: illud  
Spiritus S. adeo pluribus obscurum: *Dum male-  
dicit impius diabolum, maledicit animam suam, &c.*  
Quando peccato commisso, maledicis excipis  
diabolum tibi persuade, quod eadem ratione, & in  
tuam possis animam ditis deuocere, si namque  
diabolum maledicis, eo quod illum vt tui peccati  
causam insimules, attamen tu ipse, anima-  
que tua potiori iure causa esse perhibetur cum  
omnis esse peccati in te ex eo procedat, quod  
tu ipse illud velis, illique consentias. Hinc or-  
tum est, quod malignus ille Spiritus, cum D.  
Antonio sermonem habens, de hominibus  
quereretur, quod illum maledicerent ob a se  
commissa peccata, cum ipsi causa sint magis  
propria, quam ipse, peccatorum; quod si ipse  
ad nefarium opus non libere consentiret, ipse  
hominis

homines ad hoc cogere non valerent, de quibus alibi.

§. 23. Quod ex ore exit. Quod editur non conquinat, quia per os intrat, bene quidem quod per illud egreditur.

de ore? Vi intelligas non de ore corporis cum dixisset, sed de ore cordis, ait enim: de corde enim exeunt cogitationes mala fornicationes, homicidia &c. Nola ergo, fratres mei, quomodo exeunt de ore, nisi quia exeunt de corde, sicut ipse Dominus dicit: non enim quando illa loquimur, tunc nos maculam; ne quis dicat: cum loquimur de ore nostro exeunt, quia verba & voces de ore nostro exeunt, & quando mala loquimur, immundi efficiamur. Quid si aliquis non loquatur, & tamen cogitet mala? mundus est, quia de ore ipsius corporis nihil processit sed de ore cordis iam Deus audiuit. Ecce, fratres mei, attendite, que dico. Nomino furtum, modo nominavi fur unum numquid quia nominavi furtum, cum amauit me furtum? Attendite que dico: ecce de ore meo exiit, & non me fecit immundum. Eni autem surgit in nocte, & nil dicit ore, & faciendo fit immundus. Non solum autem non dicit, sed & premit facinus toto silentio, & vsque adeo vocem suam tunc audiri, ut nec vestigia sua vellet sonare. Numquid ergo, quia ita silet, mundus est? Plus autem dico fratres mei: Ecce adhuc in stratu suo iacet, nondum surrexit, ut furtum faciat, vigilat, & expectat, ut homines dormiant. Iam Deo clamat, iam fur est, iam immundus est, iam facinus de ore interiori processit. Quando enim facinus ex ore procedat, quando voluntas faciendo decernitur. Decernisti facere? Dixisti: dixisti, fecisti. Si furtum non feceris foris, illo non mirum perdere, cui disponebas auferre, & ille nihil perdidit, & tu de furto damnaberis. Decernisti occidere hominem dixisti in corde finit de ore tuo interiore homicidium. Adhuc vivit homo, & tu homicida puniris: quid sit enim apud Deum queritur, non quid nolum, apparetur apud homines. Hæc huc vsque D. Augustinus verba, quibus exponit nostri verba Redemptoris & Cuius. c. 10. alias explicat eadem stylo doctissimo, subtilem & lib. 14. proponens questionem. c. 13.

Arbor à Deo in medio situata paradisi, vel bona erat, vel mala: si mala cur illam Dominus creavit? Et si omnia, quæ Deus creavit, omnipotens bona erant: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, Gen. 1. 31. & erant valde bona. Quomodo arbor illa, mala fuit si bona fuit, quia ratione fructus eius gula Arboris nostram nobis intulit perditionem, malum conscientia: que vniuersum? Arbor bona erat (respondit D. Augustinus) unde fructus eius malus esse non poterat, est regula Saluatoris: Non potest arbor bona Matt. 7. 18. malos fructus facere. Quomodo ergo conquinat Adamum? non illum inquinat, ex hoc quod fructus ille per os eius ingrederetur, & in stomachum demergeretur, sed ex eo quod egressum est de corde eius, ut voluntate: prorsus quæ.

pppp

70  
L  
Oratio  
ad  
S. Augustinum

Encl. 2. 1  
S. 12. 6.

12. 12. 12

D. Augustinus  
lib. 14. c. 10.  
10. 10.

Hoc idem declarat D. Augustinus & ad clariorem eius intellectum, aduertit, quod in hac Christi sententia, os eodem modo non sit accipiendum. in prima parte, ac in secunda: quia in prima, loquitur de ore corporis, atque ad quod intrat per os, absolute, & coram Deo hominem non conquinat, ob rationem à Christo assignatam, defecit enim ad stomachum, sicut hinc peragit cursum ex naturæ dispositione. In secunda vero de ore loquitur animæ. Sciendum enim tibi est: ut tuum corpus habet os, quo comedit, eoque loquitur, ita & anima, quale est hoc? cor. Manifestum enim est, inquit, animam quoque loqui, comedere, sapere. Que precor, loquitur corde loquitur. Ita Salomon: Locutus sum in corde meo. Euique pater cum Deo locutus sic ait: Tui dixi cor meum. Nemo, autem dubitat, quin sicut datur locutio, sermoes, verbaque corporis, ita pariter datur animæ locutio, verbaque spiritus. Hinc præterit illud exponit D. Augustinus: Tunc reple im ei gaudium os nostrum. Gaudium non est in ore, sed in corde: quia igitur dicit ratione. Repletum est gaudium os nostrum? Quia de ore loquitur animæ nempe corde, ut anima est gaudium, sicut in ore corporali, gaudium corporis. Nolle desideras immunditiam peccati que principium, unde procedat illud, quo homo coram Deo sordidus esse reputetur? Verbis sane admirandis hoc explicat D. Augustinus. quæ cum sint tam præclara, par est, ut veris illa proponamus: Si non facit immundum, nisi quod exit de ore, & hoc cum audimus in Evangelio non intellegimus, nisi os corporis, absurdum est. & nimis stultum ut tunc putemus, non fieri immundum hominem, cum manducat, tunc autem putemus immundum fieri, si comat: ait enim Dominus: Non quod intrat in os sed quod exit, conquinat. Quando ergo manducas, non sis immundus, & quando vomis, efficiens immundus: quando bibis non es immundus, & quando spiritus, immundus est quando spiritus, cum de ore tuo exit aliquid, quando bibis, in os intrat aliquid. Quid voluit Dominus dicere: non quod intrat & secutus eodem loco secundum alium Evangelistam dixit: quæ sunt quæ procedunt